



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopus monasteria monachorum & sanctimonialium frequenter
visitet. lxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui virginitatem observant, & sic extolluntur. Cap. LXIII.

Siquis ex his qui virginitatem propter Deum seruant, Ex eodē, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit. cap. 10.

Quod non sit permittendum monachos, & monachas in vno monasterio simul habitare. Cap. LXV.

In nullo loco monachos, & monachas permittimus vnū Ex reg. monasterium habere, sed nec ea quæ duplicia vocant, & Greg. pa si quid tale est. Religiosus episcopus mulieres quidem in pa. suo loco studeat manere, monachos autem aliud monasterium ædificare cogat. Sin autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachæ, & in aliis monachi. Res autem quas habent communes, secundum iura eis competentia distribuantur.

Vt episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter visitet. Cap. LXVI.

Vt episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter introeat, & cum grauibus & re- Ex cōcil. ligiosis personis, & in eorum, vel in earum conuentu resi- Rotoma. dens, eorum vitam & conuersationem diligenter discuti- cap. 3. at, & si quid reprehensibile inuenerit, corrigere satagat. Sanctimonialium etiam pudicitiam, subtiliter inuestiget. Et si aliqua inuenitur, quæ neglecto proposito castitatis, clerico aut laico impudenter misceatur, & in priuata custodia retrudatur, vbi quod malè commisit, dignè pœniteat. Interdicat etiam ex autoritate sanctorum canonū, vt nullus laicus, aut clericus in earum claustris, & secretis habitationibus accessum habeat, neq; presbyteri, nisi tantum ad Missam, expleta Missa ad Ecclesias suas redeant. Omnibus præterea publicè & priuatim denunciât, quantum piaculum sit, qui sponsam Christi vitare præsumit. Si enim ille reus tenetur, qui sponsam hominis violat, quanto magis reus maiestatis efficitur, qui sponsam omnipotentis Dei corrumpit?

Vt abbates in potestate episcoporum consistant. Caput LXVII.

Abbates pro humilitate religionis, in episcoporum Ex cōcil. potestate consistant, & si quid extra regulâ fecerint, Aurelian. no, ca. 4.

Y